



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVII. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XVII. DIE MAII.

P. MARCVS VANDEN
TYMPEL.

Belga Lo-
uanij. 17-
Maij. 35.
ætat. 60.

Mors.

Vocatio.

B.V.

SS. Sacra-
mentum

Manè.

HVnc, vnus de Societate mors, ad Societatem adduxit. Cum enim tum adhuc admodum adolefcens ad quemdam in supremo agone positum fuisset admissus, decreuit se cum ijs viuere velle, qui sic morentur: & castitatis sacramento se obligans, per 6. ipsos annos cum nobilibus parentibus luctatus est, donec eos tandem peruicit, anno 1597 ingressus, excelsa quadam, & illustris amani animi demissio in illo, ac ingeniosa erga Dei Matrem variè colendam religio emicabat. Missioni Hollandicæ præfuit annis XII. Castrensi verò vno. *Laudetur Sanctissimum Sacramentum* refera illi erat, quo ad Christum sæpè adspiraret, quam alijs inculcaret, quæque pronuntiata excitari manè ab excitatore volebat, vt experrectum prima illa cogitatio occuparet.

P. ALBERTVS
WIGLOCKI.

Polonus Ia-
rosslaur. 17.
Maij. 1647.
ætat. 60.
Soc. 33.
B.V.

Conspicuum religiosi Ecclesiastæ ingenium in illo semper, ac præcipuus diuinæ Matris opportunè laudandæ ardor eluxit; quippe, qui nullam concionem omiserit, quam non aliquâ Beatissimæ Virginis Matris laude condiret, permagnâ semper fiducia illi addictus. Præmissæ vehementi flammæ moli ad nos vento vectæ, statquam Dei Matris ex ambu-

lacro acceptam opposuit, & ad Socios anxie, satâgentes; Mittamus, inquit timorem; hæc Margarita nos reget, tutosque seruabit. Obstupuere socij statim ab illis verbis ignem remisisse, flammæque ab incendio ad nos vibratas confestim auersas. Per omnem vitam è collo gestabat effigiem geminam, alteram Christi patientis, alterâ verò Matris Virginis condolentis.

v. B.
Statua.

Concio.
Christus pa-
trens.
B.V.
Imago.

IACOBVS GOFFETTI
COADIUT.

HVius viri plena effigies sunt regulæ Coadiutorum, & ille harum vicissim omnium ac singularum vera imago fuit. Hoc ipsum quod alijs impedimento esse videri posset, illi, & stimulo, & adiumento per insigni erat ad virtutem vulgarem modum supergressam quod literas ignorarit. Quocirca concessis ad loquendum temporibus erat audis ad diuina rotis auribus haurienda, reliquis verò ad labores toto die nunquam intermissâ continuatione perpetuos, & magno silentio, ac orandi contentione pretiosos. Noctem natiuitatis in templo agebat peruigil in oratione Dei; dies autem illos, ac noctes pro delicijs habebat quibus 40. horarum apparatio in templo domus professæ illius operam requirebat. Ibi longæ horæ illi ductæ in studio adorandi præsentem in Sacramento Christum; id quod pietate tantâ, & tam perseueranter faciebat, vt legatorum quispiam id in illo obseruari, & ab illo pro se orari absens etiâ postea flagitarit. Fessus aliquando est magnâ

Tralus Ro-
mæ 1. Maij
1658. ætat. 80.
Soc. 8.

Labore.

Oratio.

magnâ grati animi significatione Iacobus, iam se istic lupinum ex alto fuisse casurum, nisi manu quapiam, & vi, quam manifestè sentiebat, fuisset à tergo prostratus, eoque impetu se retrolabentem propulsus sensit, atque à tam vicinâ iam prolapsione seruatum. In templo coram Sanctissimo Sacramento orans contemplatione absorptus, ac veluti dormienti similis videbatur. At vigilabat, perstabatque non sine admiratione multorum flexis per diu genibus, & corpore ita pronò, vt egregium summâ cum demissione supplicantis specimen præbuerit aspicientibus, vultu terram non quidem tangente, sed magnoperè inclinato. Quo tempore quid tam diu ageret interrogatus, respondit, se à Deo misericordiam implorare pro se maximo peccatore. Semper aliquid, in quo murarij officium exerceret, reperiebat in tectis, in vijs, aquæ ductibus, alijsque restaurandis, operosè sollicitus in oratione, silentio, & labore; aiebatque gratias Deo se debere, quòd tam bonum ad labores suos locum esset nactus, vt ferè opere gaudere solent, si à quopiam conducantur. Mortuos ab annis compluribus ille componebat, ille sub mortuali fornice collocabat; eoque tantâ pietatis significatione descendebar, & cadauera tractabat, vt non sine sensu animi molliore, & aliquando non sine lachrymis spectaretur. Paupertas in illo tanta, vt nihil, etiam piorum, munusculorum admittere voluerit, vestes la-

cerimas non tantum non erubuerit, verum etiam tenere amarit; humilitas tanta, vt se rudem fassus, ab omnibus doceri oprarit; obedientia tanta, quantâ maiorem Superiores nesciunt in alio quopiam se vidisse, aut desiderare posse; afflictiendi se tanta & cupido, & perseuerantia vt nullum diem abire siuerit, quo in se staturâ horâ flagris non sæuierit. Toram hebdomadam partitè ita distribuerat, vt in triclinio quotidie aliquid piæ, aut corpori molestæ exercitationis obiret; nunc à vino, nunc à quopiam edulio abstinebat; aliàs consueta, quæ istic fiunt, id genus exercitia obibat; nullo die; sine sacra hac velut lineâ, prætermisso. Nemo in eo quidquam reprehensione dignum se vidisse dixit. Murius autem Vitelleseus Præpositus Generalis illum domus professæ custodem Angelum appellauit. Habebant nescio quid gratiæ in oratione iunctæ callosæ illæ manus, & tota hominis compositio digna erat viri admirabilis cognomento, quod illi omnium ore dabatur. Summa in vestibis, cubiculoque paupertas; in oculis modestia, in ore silentium, in silentio oratio, in manibus, ac pedibus labor, in toto homine obedientia, in omni deniq; illius viuendi serie viuû, & super omnes eminens, Coadiutorum exemplum ita relucebat, vt citra vllius iniuriam illud eius vita post se relinqueret elogium. *Abundantius illis omnibus laboranti.*

Mortif.

Mortif.

1. Cor. 13. 10

Euchar.

Paupertas.

XXIII

XXIII. DIE